



## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

§. 92. Episcopus ad perpetuos carceres damnatus, ibidemque mortuus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

niæ Provinciam ad suum obsequium <sup>Sæcul. XVI.</sup>  
 revocare posset: porro hanc in rem Bi- <sup>A.C. 1591.</sup>  
 ronio Marescallo præceperat, ut om-  
 nia circumvicina loca occuparet, ac  
 quantum posset, annonæ, bellicique  
 apparatus copiam, ceteraque omnia ad  
 hanc obsidionem necessaria corraderet:  
 ergo Bironius primo Lupariam expug-  
 nat, ubi Claudius Sanctius Ebroicensis  
 Antistes foederatorum fautor, ac re-  
 giis partibus infensissimus capiebatur:  
 hic antea in Abbatia sancti Cheronis  
 prope Carnutum Canonicus Regularis  
 sancti Augustini ob Theologicam eru-  
 ditionem, raramque eloquentiam in-  
 clarescebat: porro cum milites ejus  
 scripta perlustrarent, reperiebatur li-  
 bellus ab ipso compositus, quo Hen-  
 rici III. Regis parricidium tanquam æ-  
 quum, justumque tuebatur: quapro-  
 pter Cadomum abstrahatur, ut in  
 eum Senatus inquireret: eoquod vero  
 perversas suas opiniones pertinaciter  
 tueretur, absdubio tanquam perduellis,  
 læsæque Majestatis reus extremum sup-  
 plicium subiisset, nisi pro eo Borbonius  
 Cardinalis, aliique Præsules deprecati  
 fuissent.

§. XCH.

*Episcopus ad perpetuos carceres dam-  
 natus, ibidemque mortuus.*

L 5

Ad

Sæcul XVI.

A.C. 1591.

Thu. l. 101.

Ad horum preces Episcopus duntaxat perpetuo carceri in Crepicordienſi arce prope Lexovium mancipabatur, ubi etiam paulo poſt hoc anno Chriſti milleſimo quingentefimo nonageſimo primo deceſſit. Ceterum hic idem ſuarum elucubrationum præſtantia nominis ſui memoriam plurimum commendabat, ceteris vero ejuſdem operibus præcipue palmam eripuit ejuſdem tractatus de Euchariſtia latino idiomate conſcriptus, atque anno Incarnationis dominicæ milleſimo quingentefimo ſeptuageſimo quinto Pariſienſibus literis excuſus, quo omnes illi, qui poſtea huic argumento inſudarunt, utiliter utebantur: porro hic tractatus dividebatur in decem partes, in quarum ſex primis Auçtor de Euchariſtiæ institutione, & reali exiſtentia Corporis, & Sanguinis Chriſti in hoc Sacramento agit, atque huius doctrinæ articulos ex ſacris literis, & traditione firmiter comprobat, ac Calvinistarum opinionem ſolide refellit: in ſeptima autem, & octava parte tranſubſtantiationem, atque in nona huius Sacramenti adorationem, ac demum in decima communionem ſub unica duntaxat ſpecie ſtabilire aggreditur. Hic idem tractatus ex omnibus hucusque circa hoc argumentum editis magis exactus, ampliusque eſſe videtur:

reliqua

reliqua autem ejusdem Episcopi opera Sæcul. XVI.  
A. C. 1591.  
 erant hæc. I. Examen doctrinæ Cal-  
 vini, & Bezæ circa cænam, necnon  
 responsum ad Bezæ apologiam. II.  
 Commentarius *ad edicta veterum Princi-  
 pum de tollenda licentia sectarum in Chri-  
 stiana Religione.* III. Liturgiæ sancto-  
 rum Chrysostomi, & Basilii, qui om-  
 nes hi tractatus latino idiomate con-  
 scripti prostant: gallice vero elucubra-  
 bat Catholicæ fidei confessionem, nec-  
 non dissertationem in devastationes Ec-  
 clesiarum Catholicarum ab ipsis anti-  
 quis hæreticis, & novis Calvinistis  
 factas, præter alia quædam opuscula  
 dogmatica. Ceterum hic idem Epi-  
 scopus a Cardinale Lotharingio, qui  
 eum ad suas ædes receperat, ad Pos-  
 siacense colloquium, & demum ad Tri-  
 dentinum Concilium mittebatur, ubi  
 magnam sibi laudem comparabat: de-  
 mum vero anno Domini millesimo quin-  
 gentesimo septuagesimo quinto Ebroi-  
 census Episcopus creatus fuit, atque  
 anno sequenti Blesensibus comitiis in-  
 terfuit.

§. XCIII.

*Rothomagum a Rege obsessum.*

Interea Bironius Marefcallus expugna-  
 ta Luparia Gurnavium infestis armis  
 cinxit, atque impetu facto cepit, postea  
 vero

*Thu. l. 102.  
David. l. 12.*